



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 124. Quis possit reducere onera foundationum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

in Cap. *Cum omnes*, de Constit. n. 15. *Pirb.* l. 3. t. 4. n. 16. *Lott.* l. 3. q. 27. n. 9. Huc faciunt etiam illa, quæ n. 520. diximus de potestate præscribendi contra Concordata, licet contineant decretum irritans.

§. II. Si quis ex errore, etiam per 30. annos, 853 de septimana legerit 4. Missas, postea autem in fundatione inveniatur, quod ad 3. tantum sit obligatio, quamvis *Pelliz.* dicat talem obligari ad quatuor, id tamen melius negant *Tamb. & Pasq.* q. 1195., tum quia nemo est, qui possideat contra ipsum, suppono enim legisse ex se, & nemine cogente aut id requirente, præscriptio autem non inducitur sine possessione; tum etiam quia actus per errorem gestus non nocet erranti, *L. Si per errorem*, ff. de jurisdictione, errans enim habetur pro contradicente, ergo. Excipe, nisi primæ fundationi accessisset melioratio, ac præsumi posset hoc tempore etiam adjunctum esse novum onus, Vide tamen dicta n. 834.

Q 124. *Quis possit reducere onera fundationum.* R. 854

§. I. Si redditus non sint amplius sufficientes ad præstanda onera, posse ab Episcopo cum consensu Patroni, aut etiam sine hujus consensu, si irracionabiliter sit invitus, etiam in perpetuum reduci onera, imminui numerum Missarum, remitti residentiam &c., docet *Pirb.* citans *Abb. Laym. Azor*; & consentit *Barb.* de pot. Ep. alleg. 83. n. 4. citans *Felin. & Roch.* quoad reductionem onerum, attamen *Barb.* ibi non loquitur de reductione Missarum: nihilominus *Az. Lambert. & alii cum Castrop.* t. 13. d. 1. p. 6. à n. 23. docent Episcopum etiam extra synodum posse reducere onera Missarum, si redditus sint ita imminuti, ut beneficiato non sufficiant: sed dicendum est, quod quamvis *Trid. Sess. 25. c. 4.* de Ref. concesserit Episcopis facultatem in synodo, item Abba-

Abba-

Abbatibus & Generalibus Ordinum in Capitulis generalibus reducendi numerum missarum, quæ ad usque tempus debebantur ex defunctorum legatis seu relictis vel eleemosynis, si omnes peragi non possent, attamen non dedit facultatem reducendi numerum Missarum, quæ debentur ex fundatione beneficii vel Capellanix: neque nunc possunt Episcopi aut Generales reducere onera Missarum ex legatis vel eleemosynis contracta post *Trid.*, uti declaravit *Vrb. VIII.*, & recenter *Innoc. XII.*, uti referemus l. 6., quando de Sacrificio, ad dub. 1., i. leoque pro his recurrendum est Romam.

855 §. II. Si uno anno emanent toti fructus, non est obligatio ad ullum onus; si ex parte, est obligatio pro rata, sed ad Episcopum spectat imminuere, *Sylvius p. 2. v. Missa cas. 1. Nec obstant Urb. VIII.* aut *Innos. XII.* decreta, nam videntur tantum loqui de reductione stabili & semper duratura, non autem pro brevi tempore, *Sylv.* cas. 5. Vide dicenda de sacrificio ad dub. I.

856 Q. 125. An Episcopus possit remove altare fundatum & transferre fundationem ad aliud altare. R.

§. I. Putarunt aliqui posse, in primis quia Episcopus justis de causis potest destruere altare, *Barb. de jure Eccl. l. 2. c. 8. n. 14.* arg. *Cap. Placuit, de Consecr. d. 1.*, junctâ *Gl. Pasq. de Sacrif. q. 684 & alii*; imò *Cap. Ecclesia 16. de consecr. d. 1.* precipitur, ut destruantur altaria superflua. Deinde possunt in eodem altari constitui plura beneficia seu capellanix, uti dictum est n. 272. Præterea per hoc, quod beneficium altaris destructi transferatur ad aliud altare, neque huic neque illi fit præjudicium, sed potius augetur cultus utriusque Sancti, cum ad unum illorum altare fiant plures Missæ & magis frequer